Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Et dei hominisq; filius iesus xp̄s in euā
gelio dicit. Beati qui audiunt verbū dei
⁊ custodiunt illud. Custodire enim ver-
bum dei est ea facere. que per ipsum iubē
tur. cuius celsitudini Augustinus cupi-
ens parere. aliosq; ad ei obtemperantes
excitare dixit. Mandata dei siue cum le-
guntur. siue cum memoria recolunt̄. tāq;
speculuz intueri debemus. ⁊ eo pacto ad
eorum obseruantiam esse parati. vt si ali-
quid iusserit. quod secundum hominez vi
deatur iniustum. iustum credatur. ⁊ fiat.
cuius volūtas est sola vera iusticia. Per
inde in comentarijs super Johannez vi
ce dei loquentis functus ait. Qui habet
mandata mea ⁊ seruat ea. ille est qui dili
git me. Qui habet in memoria et seruat
in vita. qui habet in sermonibus. ⁊ seruat
in moribus. qui habet audiendo ⁊ seruat
faciendo. aut qui habet faciendo ⁊ seruat
perseuerando. ipse est. q̄ diligit me. Ope
re est enim demonstranda dilectione sit
infructuosa nominis appellatio. quoniā
vt egregius doctor Gregorius preclare
inquit. Probatio dilectionis exhibitio ē
operis Quo circa sic ad ea. que nobis in
monasterio constitutis traduntur precep
ta attendamus. ne quod absit in nobis il
la pertimescenda verificetur sententia. q̄
ait. Seruus qui scit voluntatem domini
sui. ⁊ non facit illam. plagis vapulabit
multis. Nanq; contemptus cuiuscunq;
precepti. teste Hieronymo. precipientis
iniuria est. in quouis proposito. in quo-
uis gradu. equale peccatum est. vel pro-
hibita admittere. vel iussa nō facere. Iti-
dem Bernardus affirmans ait. Iussa si-
ne culpa non negliguntur. ⁊ sine crrmi-
ne non contemnuntur. Itaq; siue de⁹ si-
ue homo vicarius dei mandatum quod-
cunq; tradiderit. pari profecto obsequen
dum est cura. pari reuerentia deferenduz.
deferendum autem censeo cū perfecta pa
rendi dilectione. quoniam vt in libro de
vera innocentia. Augustinus disseruit
mandatum dei si timore fit pene. potius
q̄ amore iusticie. seruiliter fit non libera
liter. ⁊ ideo bene non fit. Non enim bo-
nus fructus est. qui non de caritatis ra-
dice procedit. Neq; ob eam rem serui dei
expauescere aut trepidare debent. quoni-
am non est aliquod preceptum tam ar-
duum. quod diligenti religioseq; menti
facile non sit. Unde Leo pontifex maxi
mus. Nihil humilibus arduū. nihil miti
bus asperum indicans. facile inquit om-
nia precepta veniunt in effectum. quādo
gratia pretendit in auxilium. ⁊ obediētia
mollit imperium. nec dura ibi necessitate
seruitur. vbi diligitur quod iubet̄.

Augustinus

Primū est propter quod in vnuz
estis cōgregati. vt vnanimes habi
tetis in domo ⁊c̄.

Ambrosi⁹

Iam h̄. q̄ superiore in littera ceu
prelibauimus nobis fuit deman
datum vt deum ac proximū dili-
gam⁹. neq; preceptū hoc ab illo. nisi tāq;
quoddam appropriatuz ab eo. quod oī-
bus fuerat in quadam generalitate iniū-
ctum distare videtur. Uez cum hoc in lo
co. de vnanimitate cohabitatiōis nostre.
quam concordiam domus appellamus.
mentio fiat specialis. Idcirco de ipsa ali
quid disserendum putauim⁹ contēplatu
ri. Imprimis eius nominis interp̄tatio-
nem. Subinde quante sit efficacie. quan
tūq; glorie mereat̄. ac demū quantum in
vna domo cōmorantib⁹ sit oportuna di
cturi. Concordiā igit̄ nil aliud esse ar
bitramur. nisi plurium animorum vnita-
tem ad aliquid siue bonū siue malum pa
gendum. Nam cum cor ab animo nō di-
stet. iuxta pientissimam Saluatoris peti-
tionem dicentis. Fili da mihi cor tuum.
plurium cordium. animorūq; vnitates.
eandem significationem explodunt. Nō
enim tāta maiestas cor carneum. sed ani-
mū postulauit sibi donari. ac si aperte di
risset. Non tm̄ a te exteriores o fili actio-
nes exquiro. cū ille sepenūero in tua non
sint potestate. sed bonam agēdi intentio-
nem. rectuz animū. rectāq; exigo mentē.
Et cum duplex sit concordie genus. alte
rum ad peccandum. alterū ad bene agen
dum institutum. Nobis primum cauere
sumopere debemus iuxta sapientissimi
Salomonis consilium monentis. Fi-
li si te lactanerint peccatores. ne acqui-